Fig. 6. Querschnitt durch das Gefässbündel und die unmittelbar angrenzenden Theile von *Cedrus Libanotica*. x Xylem, p Phloëm, t Transfusionszellen, s Scheide, b Bastzellen (250).

Fig. 7. Querwand einer Transfusionszelle von *Biota orientalis* (1100).

Fig. 8. Längswand einer Transfusionszelle von *Juniperus communis*, ohne jede Andeutung einer Spalte (1100).

Fig. 9. Längsschnitt durch das Transfusionsgewebe von *Pinus silvestris*. t Transfusionszellen, r radiale Wand der Scheide (110)

Fig. 10—12 zeigen die Verdickungen von *Cunninghamia sinensis* 10 im jüngsten, 11 und 12 im ausgebildeten Stadium.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio tertia et tricesima. — Exponit W. Nylander.

1. *Ramalina digitellata* Nyl.

Thallus glaucescens vel stramineo-glaucescens, depresso-fruticulosus, lineari-divisus, laciniis (latit. 1—2 millim. vel angustioribus) firmis, breviusculis, digitatim varie versus ambitum divisis, imbricato-congestis, supra laeviusculis, passim punctis vel striolis difformibus albidis subsorediosis notatis, passim subverruculoso-inaequalibus, infra (pallidioribus) subnervosis.

Saxicola ad Oporto in Lusitania (Newton).

Comparari possit cum *R. capitata* (Ach.), sed thalli laciniis subdecumbentibus, nec striatis, nec apicibus sorediosis. Pulvinuli thallini altit. circiter 5 millimetrorum, latit. circiter 2 centimetrorum, centro umbilicato-affixi, apicibus ramulorum sorediellis. Apothecia ignota.

2. *Lecanora subdisparata* Nyl.

Thallus albidus subopacus squamuloso-granulatus (squamulis turgidulis subcrenulatis subimbricatis), passim leprose dissolutus, sat tenuis (crassit. fere 0,25 millim.); apothecia fusca (latit. circiter 1 millim. vel etiam nonnihil majora), demum convexiuscula, margine thallino tenui integro cincta; sporae 8nae incolores oblongo-ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,012—14

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0012-4

millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses graciles, clavula fuscescente. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens.

Supra terram muscosam in Lusitania ad Oporto (Newton).

Species affinis *Lecanorae disparatae* Nyl. (*Thalloid. lecanorino* Anzi Catal. p. 67), sed differens thallo albido et sporis minoribus. Thallus nec K, nec CaCl reagens. Spermatia oblongo-cylindrica recta (longit. 0,003 millim., crassit. 0,0006 millim.), arthrosterigmatibus pauci-articulatis infixa. In *L. disparata* sporae longit. 0,016—23 millim., crassit. 0,006—8 millim.

3. *Lecanora Heidelbergensis* Nyl.

Thallus cinerascens tenuis subgranulato-inaequalis indeterminatus; apothecia sulphureo-virescentia (latit. 0,4—0,7 millim.), margine thallino tenui subintegro cincta; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,0035 millim., paraphyses discretae submediocres apice non incrassatae. Iodo gelatina hymenialis (dilute) coerulescens, thecae praesertim tinctae.

Supra lignum quercinum vetustum prope Heidelbergiam (von Zwackh).

Species affinis videtur *Lecanorae Cupressi* Tuck. atque vix differens nisi margine apotheciorum minus evoluto et his nonnihil minoribus (in *L. Cupressi* apothecia 0,6—0,9 millim. lata).

4. *Urceolaria interpediens* Nyl.

Forsan varietas *U. cinereocaesiae* Sw. Facie *U. scruposae*, sed thallus CaCl =, K ∓ flavens et K (CaCl) supra violaceo-fuscatus, I =.

Supra saxa micaceo-schistosa ad Oporto in Lusitania (Newton).

5. *Thelotrema leiospodium* Nyl.

Thallus cinereus sublaevigatus firmus crassus (crassit. circiter 1—2 millim.), subgibberose inaequaliter expansus, subtus difformiter radicosus, intus strato gonidiali laete virente vel subflavo-virescente; apothecia innata (latit. circiter 0,4 millim.), supra epithecio nigro impresso indicata (latit. 0,2—0,4 millim.), ostiolis thallinis firmis rotundatis vel difformiter angustatis, in sectione subobscura; sporae 8nae fuscae vel fuscescentes, oblongo-ellipsoideae, 1—5-septatae, longit. 0,026—34 millim., cras-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0013-0

sit. 0,010—16 millim., paraphyses graciles, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis non tincta.

In Lusitania ad Oporto supra terram quartzosam (Newton).

Species sane recedens inter europaeas, potissime comparanda cum *Thelotremate Ravenelii* (Tuck.) Nyl. L. Nov. Gran. p. 50, quod mox differt thallo glauco-pallescente minus crasso, apotheciis minoribus ostiolis punctiformibus, sporis minoribus, etc. Thallus nec K, nec CaCl reagens. Gonidia chroolepoidea, tamen saepe subsimplicia; granula in iis inclusa variantia flavo-virescentia et parcius aurantiaco-rubentia. Sporae demum vage submurali-divisae. — Etiam hae species exemplum sistit *Thetotrematis* accedentis versus *Urceolariam*.

6. *Lecidea Oportensis* Nyl.

Subsimilis *L. grisellae* Flk. (thallo albido ruguloso-inaequali rimoso-diffracto), sed CaCl non reagente.

Supra saxa micaceo-schistosa in Lusitania ad Oporto (Newton).

Medulla I non reagens. Apothecia plana tenuiter marginata (latit. circiter 1 millim. vel minora), saepe subcaesio-pruinosa interdumque ochraceo-suffusa. Sporae oblongae, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, deinde vinose fulvo-rubescens.

7. *Lecidea alienata* Nyl.

Huc pertinet *Lithographa Larbalestieri* Leight. Lich. Brit. p. 394. Cfr. Nyl. in Flora 1879, p. 362. — Thallus cinerascenti-lutescens subleprosus inaequalis tenuis subdispersus effusus; apothecia nigra minuta (latit. 0,2—0,3 millim.), marginata, glomerulose connata (glomerulos formantia prominulos difformes, latit. circiter 1 millim., ex apotheciis 12 vel pluribus compositos); sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,012—15 millim., crassit. 0,007—8 millim., paraphyses mediocres (apice dilute coerulescente), epithecium dilute coerulescens, hypothecium nigrescens. Iodo gelatina hymenialis vix tincta, thecae coerulescentes, dein fuscescentes.

Supra saxa micaceo-schistosa in Hibernia occidentali ad Kylemore (Larbalestier).

Thallus passim subgranulato-inaequalis, K vix flavescens, K (CaCl) dilute erythrino-fulvescens; gonidia simplicia vel subglomerulosa. Spermogonia non visa, inde locus systematicus incertus.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0014-5

8. Opegrapha nothiza Nyl.

Thallus albido-griseus tenuis firmulus, minute areolato-diffractus, hypothallo fusconigro obsoleto vel evanescente; apothecia nigra oblongo-difformia (longit. 0,5—0,8 millim., latit. 0,4—0,5 millim.), marginata, epithecio plano; sporae oblongae 3-septatae, longit. 0,015—17 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses submediocres.

Supra saxa quartzosa in insula Caesarea (Jersey) legit cl. Larbalestier.

Affinis *Opegraphae grumulosae*, quacum reactione thalli convenit, facie vero mox valde recedente, thallo praesertim diverso. Spermatia recta longit. 0,005 millim., crassit. 0,0005 millim.

9. Opegrapha diatona Nyl.

Sit subspecies *Opegraphae Chevallieri* apotheciis epithecio facile hiascente vel subdilatato.

Supra lapides arenarios muri prope Heidelbergiam (v. Zwackh). Datur in Zw. Exs. 432—434.

Spermatia sicut in *O. Chevallieri*. Sporae 3-septatae, longit. 0,015—20 millim., crassit. 0,005—6 millim.

10. Opegrapha actophila Nyl.

Thallus cinerascens tenuissimus effusus vel subevanescens; apothecia linearia (vel sublinearia) subflexuosa (longit. 1—4 millim., latit. 0,2 millim.), epithecio rimiformi vel demum nonnihil explanato; sporae oblongo-fusciformes 5-septatae, longit. 0,021—31 millim., crassit. 0,005—6 millim.

Supra scopulos feldspathicos in Jersey insula (Larbalestier).

Est quasi *O. rimalis* saxicola, sed videtur species propria. Spermatia recta bacillaria, longit. 0,004—5 millim., crassit. 0,00005 millim.

Observationes.

In Flora 1872, p. 247, de *Lichene diffuso* Weberi Spicil. Fl. Gotting. p. 250 (ex hodierna nomenclatura systematica: *Platysmate diffuso*) omne, quod respectu determinativo dicendum erat, attuli. Cl. Arnold in Flora 1879, nr. 21, ad nomen illud Weberianum rediens, me tacens, hocce scribit: Die Verwirrung,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0015-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1880

Band/Volume: 63

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenogpaphiam europaeam 10-13